UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato in primam Digesti Veteris Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Institoria actione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96393

Visual Library

§. Si conduxiſti. Si menſura refert ad lignū, ſufficit ligni capacitas, ſi refertur ad onus, inſpicitur menſura ponderis. h. d.

De inſtitoria actione. Rubrica iii.

LEX I.

1 ☞ Cedere actionem qui tenetur mihi quando non reperitur, lex vere mihi cedit.

a Equum. [a]Dominus ex actu, ſeu contractu inſtitoris obligatur. item agit, ſi eius ſeruus eſt inſtitor, non alias, niſi ceſ-
1 ſa actione, vel in ſubſidium. h. d. ¶ † Not. quod vbi non reperiretur ille, qui mihi tenetur cede-
b re actionē, quia forte longe eſt abſens, [b]vel latitat, vel eſt mortuus ſine herede, lex dat mihi actionē vtilem ſine ceſ-
c ſione. [c]vt hic, ⁊ C. de actio. ⁊ obli. l. j. ⁊ C. ad Trebel. l. ſancimus. no. j. de dam. infec. l. damni infecti ſtipulatio. §. fi.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Equum. Limita notata per Bal. in l. cum per eos. C. ſi quis alteri, vel ſibi.
b ALEX. ¶ Abſens. Adde Bart. in l. dominus. de condictione indebi. ſ. ⁊ Bart. in l. diuortio. ſo. mat. Et quod notatur in l. dāni. §. fi. de damno infect.
c POMA. ¶ Sine ceſſione. Vide Ro. conſi. cccxliiij.

LEX III.

a Inſtitor. [a]Inſtitor eſt ille, qui alicui negotiationi queſtuarie preponitur, etiam certo loco non deſignato, ⁊ obligat dominum, cuiuſcunq; conditionis ſit negotiatio queſtuaria. Secus, ſi certe rei vel negotiationi non queſtuarie preponatur. tūc enī
b magis procurator vocabitur. [b]h. d. vſq; ad §. non autem.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Inſtitor. Ad hoc vide glo. in l. Julianus. §. ſi procurator. ſ. de actio. emp. ⁊ vēd. POM. Vide Pan. conſ. lxxiiij. vol. ij.
b ALEX. ¶ Procurator vocabitur. Et adde quod dicit Bal. in l. j. C. de exercit. quod ea, que ſtatuta ſunt in exercitoria, habent locum in inſtitoria, ⁊ hic adde Bar. in l. ſi inſtitorem. ſi cer. peta. ⁊ plenius per Imol. poſt alios in c. penult. de fideiuſ.

LEX V.

1 ☞ Negotiatio queſtuaria non dicitur in agris proprijs.
2 Inſtitorem preponere videtur, qui patitur aliquem facere.
3 Mandatum vniuerſale non finitur morte.

Vicunque. Summa vide ſ. cum l. inſtitor. In text. ibi, agris colēdis intellige de alienis cauſa queſtus faciendi. In ſuis enī
1 non † dicitur negotiatio queſtuaria, ſecundum Inn. vt ipſe no. in c. ſi. extra. de fideiuſ. ita intellige precedentia exempla, ⁊ ſequentia. ⁊ probatur j. eod. l. ſi cum villico. facit quod no. j. eod. l. in eum. ¶ No. ibi, ſi permiſit ei ita dari, ⁊c. quod ſuffi-
2 cit, quod paſſus ſit illum ita facere. videtur † enim ipſum preponere ſuum inſtitorem. Simile videbitis j. eod. l. ſed ⁊ ſi pupillus. §. j. ⁊ j. quod cum eo. l. fina. In tex. ibi quaſi procurator. dic ad imperandum ⁊ corrigendum diſcipulos. In text. ibi, ſin vero quaſi. ſic enim commiſit totam cauſam, vt ſ. §. ſed ⁊ ſi. Ego allego
3 hunc verſi. plane. ad materiam † literarū credentie, que hodie ſunt in vſu, que dicunt tali latori preſentium dabitis plenam fidem in his que vobis dixerit, quod ex hoc preiudicet dn̄o, de quo ſcripſi latiſſime, j. de fideiuſ. l. Lucius.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ita dari. Quādo quis videatur prepoſitus inſtitor, Adde Bal. not. in rub. C. de conſtit. pec. vbi querit an diſcipulus ex contractu obliget magiſtrū ſuum, ⁊ quod not. Bal. in auth. hoc ius porrectum. de ſac. ſan. eccle. ⁊ Bar. in l. eandem. de duo. reis. ⁊ quod habetur in l. ei qui. C. quod cum eo. ⁊ in l. ſi pupilli. §. j. de nego. geſt. Et adde quod ſi dico, facio te inſtitorem meum, videris prepoſitus omnib. ciuilibus negotijs, quibus ego vti ſolebā, ſecundū Bal. in l. mandatum. in iiij oppoſitione. C. mandati. ⁊ ibi etiam dicit, quod conſtitutus ad vnum actū nō eſt proprie inſtitor. ¶ Adde quis dicatur inſtitor, ⁊ qualiter conueniatur, Abb. conſil. lxxiiij. lib. ij. Ange. conſi. cclxxxv. Alex. conſi. lxiiij. lib. j. Vide Alexan. conſi. xlix. volu. ij. ⁊ per totum.

§. Non tamen. Dominus tenetur ex contractu inſtitoris circa id, ad quod prepoſitus eſt expreſſe, vel tacite, niſi forte prepoſitioni repugnet.
4 hoc dicit. In tex. ibi, ſi ei. no. argumentum, † quod procurator datus ad vendendum, poteſt vendere bona, habita fide de pretio. De quo per Cyn. C. de rei vendic. l. in ciuile. per Bal. hic. Ego plene examinabo j. de re iudi. l. a diuo Pio. §. ſi poſt addictū. in fi. §.

§. Si ab alio. Si inſtitor preponatur a defuncto, obligatur heres: ſi a legitimo adminiſtratore, obligatur ille, cui negotia geruntur: ſi a procuratore, obligatur dn̄s ⁊ preponens. idē in geſtore ratihabitatione ſe-
5 cuta, hoc dicit. ¶ † Et ſic no. quod morte nō finitur mādatū vniuerſale, vide gl. que inci. maxime. Jac. de Aret. dicit, quod ſi habet ſpeciale mandatum, ſolus dn̄s tenetur, arg. ſ. quod quiſq; iur. l. iij. §. j. ſi generale, tunc tenetur vterque. Ita dicit ipſe.

LEX VI.

Sed ⁊ ſi quis. §. Parui. De conditione perſone inſtitoris non curatur, nec etiam preponentis, ſed ſi eſt minor adminiſtratoris, authoritas requiretur. h. d.

LEX XI.

Sed ⁊ ſi pupillus.

a §. De quo palam. Qui preponit aliquem certo loco, videtur permitte-
b re cum eo contrahi, niſi contrariū literis publice [b]⁊ legitime preſcribat, contra quam ſcripturam non cadit ignorātia, donec durat: ſecus, ſi fuerit extincta, niſi dolus contrahentis affuerit. h. d. vſque ad §. conditio. Signa tex. ibi, ceterum qui prepoſuit,
c ⁊c. ¶ No. ad queſtionē, [c]qualiter debeat fieri reuocatio procu-
* ratoris generalis. de qua per Cy. C. mand. l. mandatum*. Et nota, quod iſte §. allegatur ad vnum effectum, quod ſi baculus regius fuerit appoſitus in aliqua poſſeſſione, vt ibi nihil noui fiat, ⁊ baculus eſt in loco remoto, vel in loco vbi aperte videri non poteſt: ⁊ ibi aliquid noui factum eſt, opponitur quod ſaluagardia eſt fracta: queritur nunquid ille fregerit? Et dicit quod non: argum. iſtius §. cum non in loco manifeſto, ſed occulto poſitus fuerit. vide verſi. proſcriptum, ibi, inſtitoria locū habebit, ⁊c. hoc intellige, quādiu ille prohibitus in ſtatione moratur. Nam tacite videtur de nouo preponi, vel permiſſio renouata arg. j. quod cum eo. l. fin. ⁊ loca. l. cum in plures. §. locator horrei. Si autē moraretur extra ſtationem, tunc nō obligaret dominum, ex quo ſemel potuit venire in notitiam contrahentium. Sufficit enim ſemel prohiberi arg. j. quod vi aut clam. l. iij. §. illud. ⁊ j. de vſur. l. mora. ſe-
* cundo reſpon.*

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ De quo palam. vide Bar. in l. j. C. de ſatiſdando.
b ALEX. ¶ Literis publice. Ecce quid operatur aliquid fieri in publicum, ⁊ publicatio facit: quia facit rem eſſe notoriam, ⁊ facit preſumi rem deueniſſe ad notitiam, quia que publice fiunt, preſumuntur ſciri, vt hic, ⁊ in c. j. de poſtula. prelat. ⁊ in c. j. §. quod nec ſufficit. iuncta glo. in ver. publice. c. de poſtula. prela. ⁊ c. cum in tua dieceſi. qui ma. accuſ. poſ. ⁊ c. quod dicitis. xvj. diſt. gloſ. in l. ſi tutor. C. de peric. tu. glo. in c. cognoſcentes. de conſti. ⁊ ff. de orig. iu. l. ij. in ver. pro roſtris.
c POMA. ¶ No. ad q. Vide quid dicat Feli. in c. ij. vlti. col. de conſti. Are. conſ. xcij.

§. Conditio. Cōditio ⁊ forma prepoſitionis inſtitoris inſpicitur, que ſi non ſeruatur, dn̄s non tenetur niſi ei poſſit variatio imputari. h. d.

§. Item ſi. Propoſito vno de contrarijs, aliud ceſſat. Item qui ſuccumbit per actionem ineptam, recurrit ad aptam. h. d.

§. Si a ſeruo. Tenetur preponens, licet inter contrahētem, ⁊ inſtitorē non cadat obligatio, ⁊ dominus ſerui tenetur preponenti de peculio. h. d.

LEX XIII.

1 ☞ Accuſator licet nō teneatur apponere diē commiſſi delicti, tamen ſi ponat, ⁊ non probat, ſuccumbit.
2 Mādati vnius reſpectu ſi cōtraxi tecū quod credebā te habere, poſſum agere ex virtute alicuius mandati quod vere habebas.

a Habebat. [a]Qui ſe aſtringit ad vnam cauſam, ſi nō probat ſuccumbit, nec iterum eadem actione, etiā ſi ex alia cauſa agat, agere poteſt, niſi prius reſtitutione prehabita. h. d. Ad euidentiam huius legis eſt ſciendum, quod quādo quis contrahit in eam cauſam, in quam prepoſitus eſt expreſſe, ſufficit ad obligandum dominum ſolius cauſe expreſſio, ſed quando quis contrahit in id, ad quod quis eſt prepoſitus per quandam conſequētiam, eſt neceſſe quod creditor probet in illam cauſam eſſe conuerſum, per preſumptiones quas vidiſtis. ⁊ ibi dixi vobis ſ. titu. ij. l. vlti. ⁊ eod.
* tit. lege j. §. non autem. * Circa iſtam materiam ⁊ etiam circa materiam tituli, de procurat. quando conſtituitur procurator ad recipiendū mutuū, vide Inn. vbi ponit multas queſtiōes circa iſtā materiā extra de fideiuſ. c. quod quibuſdam. ⁊ ibi per doct.
* iuris canonici. ⁊ vide que dixi in l. ciuitas. ſ. ſi certū petatur.* Hoc

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶Hoc premiſſo quero in hac lege, aliquis erat propoſitꝰ mu
tuis pecunijs accipiendis, item erat prepoſitus merci olearie,
accepit mutuam pecuniam ad mercem oleariam, ille, qui mutua
uit, dedit libellum in inſtitutoria, tanquã eſſet merci olearie p̄
poſitus, ⁊ per cõſequens mutuis pecunijs accipiendis, non po
tuit probare ea, que ſunt neceſſaria ad obligandũ dominum in
his, ad que prepoſitꝰ eſt per conſequentiam, ideo dominus fuit
abſolutꝰ, nũc vult iterum agere ex illo capite, quia expreſſe fuit
prepoſitus pecunijs mutuis, accipiẽdis, an poſſit? Reſpondet
qꝺ de ſtricto iure nõ poteſt, de equitate autem poteſt ꝑ vtilem
actionem. h. d. Uides ergo qꝺ licet quis non habeat neceſſe dice
re in libello qꝺ ad merces mutuauerit, tamen, qꝛ hoc dicit vide-
b tur ſe aſtringere ad probandũ. ⁊ ideo ſi non probet, ᵇſuccumbit.
1 per qꝺ dicebat Richar. mal. †qꝺ licet in accuſatione non requi-
ratur dies cõmiſſi delicti, tamẽ ſi ponat, videtur ſe aſtrĩgere ad
illud probandũ, ⁊ ſi nõ probat, ſuccumbit. De quo dixi in l. is, q
reus. de pub. iud. Facit optime extra de proba. c. licet cauſaꝫ. ⁊
c plene dixi in d. l. diuus. de re iud. ¶ Itẽ no. ᶜqꝺ †licet contrahã
2 tecũᵈ reſpectu huius mandati qꝺ te habere credebã, tamẽ ego
d poſſuꝫ agere ex virtute alterius mãdati, qꝺ vere habebas, licet
ignorarẽ tempore contractꝰ, Facit qꝺ dixi vobis in l. ij. §. j. ſ. de
iud. ¶ Opp. qꝺ poſſit agere ex vigore illiꝰ mãdati, qꝛ pecunijs
mutuis eſt prepoſitus de iure ſtricto. Nam cũ agat ex alia cau-
ſa, non obſtat exceptio rei iudi. vt l. cuꝫ queritur. ĩ. de excep. rei
iudica. Ponit gl. plures ſolutiones. Pet. dicit aliter, ⁊ melius,
hic tã in prima, quã in ſecunda erat eadẽ actio, licet adiectiones
eſſent diuerſe, ideo nõ poteſt agere noua actiõe, niſi petita priꝰ
reſtitutiõe ex cauſa iuſti erroris. Ita dixit Pet. C. de iur. ⁊ fac.
igno. l. errore. in vlti. opp. Hanc lectu. ponit gl. tua. ſ. de ĩ integ,
reſti. l. ij. in vlti. gl. parua.

ADDITIONES.

a ¶ALEX. ¶ Habebat. ⁊ hãc legẽ no. ꝺclarat Bal. in l. ſi. C. qꝺ cũ
eo. ⁊ ꝺt Bal. ĩ l. j. C. vt in poſſ. leg. ĩ p̃n. qꝺ vbi diuerſificat res cau
ſa, vel actio, nõ poteſt ſubſequi condẽnatio, vel qualitas, ex qua
variatur actio cõpetens ex ſimplici prepoſitione, per hãc legẽ.
POMA. ¶ Uide Alex. in l. diuus. ff. de re iud. ⁊ in l. quidã exiſti
mauerunt. ſ. ſi cer. pet. ⁊ cõſi. lvj. col. j. vol. ij. Ro. conſ. xc. ⁊ Alex.
conſ. lxxij. vol. j. Are. conſ. cl. ⁊ Alex. conſi. xc. volu. iij.
b ALEX. ¶ Si nõ ꝓbat. Ad idẽ tex. in c. ex pte. ⁊ ibi Inn. de p̈ui. ⁊
no. Bar. in l. j. ff. de eden. ⁊ Bal. in l. edita. C. eo. tit. ⁊ in l. heredi-
tas matertere. C. de peti. here. Et per iſtam doctrinam dici põt,
qꝺ qñ vnum eſt deductum in inquiſitionem, ſi illud non probat,
ſꝫ probatur aliud diuerſum, non poteſt ſequi condemnatoria.
Facit l. ij. §. hoc edicto. vi bon. rapt. not. glo. in l. j. §. diuꝰ. in ver.
abſolui poſſe. ff. de ſic. ⁊ Inn. in d. c. ex parte, ⁊ Bar. in l. denun-
tiaſſe. §. quid tamẽ. de adul. ⁊ pulchre Bal. in l. ob hec verba. ff. ꝺ
infa. vbi dixit, quod ſi quis inquiſitus eſt, quod mandauit deli-
ctum committi, ⁊ probatum eſt quod inſtigauerit vt delictũ cõ-
mitteretur, non poterit condemnari, adde ſcripta per Ang. con
ſi. cclxvj. ⁊ Bar. conſi. ccix. ⁊ Bal. conſi. cclxiij. lib. iij.
c POMA. ¶ Item no. Adde Alex. conſi. cclxvj. vo. j. Fel. c. inter ce
teras. de re iudi. Barb. conſi xxxviij. vo. ij. Ro. late cõſi. dlvj. Fe
li. c. cum ſuper. de offi. dele. Alex. conſi. cxlvj. col. ſi. vo. v.
d ALEX. ¶ Contraham tecum. Adde Bart. in l. ambitioſa. ĩ. de
decre. ab ordi. fa. in ſi. ⁊ vide omnino Bar. in q. ſua incip. adunan
tia generalis.

§. Meminiſſe autem. Nouatione dominus liberatur. h. d.

a §. Si duo. ᵃSi plures eundem inſtitorem preponũt,
quilibet tenetur inſolidum, ſi inter eos ꝓ
ſocio, vel communi diuidundo agatur, quibus iudicijs ceſſanti-
bus, quilibet tenetur pro parte. h. d. cum l. ſeq. De hoc dixi ple
ne in l. j. cum l. ſeq. ſ. de excerc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si duo. Uide Bar. in l. iij. §. j. in ij. q. de duo. reis.

LEX XVI.

SI cum villico. In negotio nõ queſtuario ceſſat inſtitoria, alias ſe-
cus. hoc dicit.

LEX XVII.

SI quis. Uenditio inſtitoris obligat dñm, vt
tradat, ⁊ etiam redhibitoria. h. d.

1 ☞ Procurator conſtitutus a pupillo cum tutoris authorita
te, tutela finita, non finitur.

a §. Si impubes. ᵃMandatum inſtitoris non fini-
tur morte mandantis. h. d. De
b hoc ſ. ſi cer. pet. l. eius qui in prouincia. ¶ Not. ar. quodᵇ ſi pu-
1 pillus facit† procuratorẽ cum authoritate tutoris, quod finita
* tutela, non expirat mandatum. *Contra hunc §. opp. de l. ⁊ qꝛ.
ſ. de iuriſdic. om. iudi. vbi morte mandantis extinguitur man-
datum: hic dicitur contrarium: quare male. dic, quod hic loqui-
tur in mandato vniuerſali, quod equiparatur iuriſdictioni ordi
narie: ibi vero in mandato particulari, quare non eſt contradi-
ctio. Sic ſolui in l. more. ſ. de iuriſdictione om. iudi. vbi ſit con-
* trarium de lege iſta ad illam, ⁊ ad l. ⁊ quia.*

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Si impubes. Pro intellectu huius §. vide Alexan.
in l. eius qui. ff. ſi cer. pet.
b ALEX ¶ No. ar. per Bal. in l. mandatum. in iij. opp. C. mand. ⁊
Bar. in l. ij. ſed ſi quis. ĩ. de donat.

§. Proculus. Prohibitus contrahere, ſi agat
inſtitoria, repellit̃ exceptione, niſi
inquantũ preponens factus eſt locupletior. h. d. Facit ad que-
ſtionẽ gl. q̃ eſt in l. ſoluendo. ſ. de neg. geſt. de qua per doc. in l. ſi.
C. de neg. geſt. lꝫ contraria gl. ſit ĩ. de noua. l. ſi ſtichum. §. ſi.

LEX XIX.

IN eum. Si actus non poteſt proprie dici nego
tiatio habet locũ vtilis inſtitoria. h. d.

a §. Si dominus. ᵃMutatione ſtatus inſtitoris
non reuocatur mãdatum. h. d.

ADDITIO.

a ALEX. Si dominus. All. no. Bal. in l. mandatum. in iij. oppo. C.
mand.

a §. Taberne. ᵃAdiectio alterius obligationis inſti-
toriam non extinguit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Taberne. Iſte text. no. allegat̃ in l. heres. §. ſeruo. de
fideiuſſ. ¶ POMA. Uide Bar. in l. mandatum. C. quod cum eo. v-
bi dicit iſtum tex. ſing.

§. Seruus. Inſtitor nõ obligat dominum, niſi ad id
ad quod eſt prepoſitus. h. d.

LEX XX.

1 ☞ Contrahit quando aliquis tanquam inſtitor, an teneatur.

a LUcius Titius. ᵃContrahens appo-
ſito nomine officij, in
dubio, contemplatione officij contrahere videtur, ⁊
inſtitor finito officio, non tenetur. h. d. ¶ No. qꝺ ſuf-
b ficitᵇ quod quis dicat, talis procurator, licet non adijciat procu
ratorio nomine. Simile in l. cum poſt mortem. ĩ. ꝺ admi. tu. ⁊ qꝺ
1 no. in l. poſt mortẽ. qñ ex facto tuto. ¶ † Quero vtrum quando
aliquis contrahit tanquam inſtitor, teneatur? Quidam dicũt,
qꝺ hic eſt caſus, qꝺ non: ⁊ per hoc reprehendunt glo. in l. procu-
rator qui pro euictione. ſ. ꝺ procur. In contrarium vr̃ caſus ſ.
ꝺ exerci. l. j. §. eſt autem. ⁊ ſ. nau. cau. ſtab. l. licet. §. poſſumus. ⁊ ſ.
eo. l. ſꝫ ⁊ ſi pupillus. §. ſi. ⁊ l. ſi quis mancipijs. §. j. Non obſt. hec
lex: qꝛ hic non contraxit, ſed ſolum ſtipulationem fecit continen
tem verba enunciatiua de preterito. Et hoc in dubio videtur eſ
ſe factum ad fidem in ſe oſtendendam. Iſta tamen verba in alio
q̃ in inſtitore inducerent contractum conſtitute pecunie. l. qui-
dam. ſ. ꝺ conſti. pe. ⁊ ibi gl. hoc videtur velle. Alij dicunt, qꝺ in-
ſtitor tenet̃, durante officio, non eo finito, ⁊ ſic poſui vobis ſum-
marium quod non placet, per dicta iura. quod tamen relinquo
maiori declarationi.

ALIA LECTURA.

* *No. iſtam legem, qꝛ notabilis eſt, ⁊ breuiter hoc dicit, Uerba
epiſtole ab inſtitore miſſe, inſtitorem nõ obligant, cum videatur
propter exercitiũ ſui officij illud dixiſſe. h. d. ¶ In fine text.
Imo vr̃, qꝺ iſte teneatur ſaltẽ de conſtituta pecunia. ſ. de conſt.
pecu. per totum titulum. Nec obſtat, qꝺ officium ſit finitum: qꝛ
ex quo fuit voluntarium nihilominus debet teneri, ſicut dicitur
in procuratore. ſ. de procurat. l. procurator qui pro euictione.
dic, qꝺ ideo non tenet̃ ꝺ conſtituta pecunia: qꝛ non fuerunt ver
ba obligatoria, ſꝫ promiſit numerare, vt miniſter menſe. Ideo,
illo officio finito, non tenetur. Si autem verba eſſent obligatoria
dicta per inſtitorem, tunc non credo quod eſſet liberatus: quia
tunc eſſet in ſuo arbitrio obligationem mihi queſitam tollere.
quod eſſe non debet. C. de act. ⁊ obli. l. ſicut. Inſtitor enim ex ſua
perſona obligatur ꝫhendo. ſ. de exercitoria. l. ſi eum §. ſeruus.
⁊ eſt caſus ſ. eo. l. ſed etiam. in ſi. primi dicti. ⁊ not. in l. ſi quis mã
cipijs. in fine ſ. eo. ⁊ iſta eſt bona lex. ⁊ difficilis ⁊ menti tenenda.
Et ideo ſis cautꝰ quod ſi inſtitori mutuas pecunias ꝓ officio,
quod exercet, debes conuenire dominum, ⁊ non inſtitorem, vt in
hac lege notabili, pro quo facit l. ſi inſtitorem ſ. ſi cer. peta.*

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Lucius Titius. Hãc legẽ intellige, qꝺ hic nõ obligat̃
inſtitor, quia non promiſit, ſꝫ ſolum confeſſus eſt, ⁊ iſte eſt verus
intellectus ſecundum Bal. C. de cõſti. pe. in rub. ⁊ latius per eũ
in auth. ſi qñ. de conſti. pe. ⁊ iſtum tex. alle. not. Bald. in l. j. in ver.
quero quid in ſyndico. C. de ſent. ⁊ Ang. in l. poſſeſſio. §. fin. ĩ.

de acqui.poſ.vbi etiam alle.no.per Cy.in l.ei qui.C.quod cũ eo. ⁊ limita per Pau.ď Ca.in l.j.§.exercitoꝛem.⁊ vide hic Bart. in l.j.ij.nuntiatio.ď ope.no.nun.⁊ in l.poſt dotem.in vj.lectu. Dy.ĩ. ſolu.matri.

b ALEX. ¶ Sufficit. Adde gl.in l.quecunque.ff. de pꝛocu. quam alle.Bal.in l.j.in fi.C.de ſent. Vide plene in l.j.§.nuntiatio.ď ope.no.nuntia.

---

a De tributoria actione.[a] Rubrica iii.

ADDITIO.

a POMA. ¶ De tributoꝛia actione. Pꝛo intellectu huius tit. vide Alex.in l.poſt dotem.ff.ſolu.ma.

¶ Gloſſ.continuat.

LEX I.

HVius quoque. De eo, quod contractũ eſt in merce peculiari cũ eo,qui eſt in alteri⁹ poteſtate, eo ſciente,competit tributoꝛia. Verbum merces, accipitur gñaliter, ⁊ verbũ peculiare,nulla facta deductione,⁊ verbum ſcientia,pꝛo patiẽtia, ⁊ verbum poteſtatis ſeu poteſtate,etiam generaliter accipitur. h.d. ¶ No.gl.ſuper verbo,omnes. ¶ No.quod ex vno contractu nemo dicitur negotiatoꝛ,de quo dixi in l.legatis.in pꝛin.de leg.iij. Sic qui ſemel mercatur,non dicitur mercatoꝛ.

LEX III.

SEd ⁊ ſi ſeruus.

§. Quod ſi alter. Vnius ſcientia non pꝛeiudicat ignoranti. Item actionis natura facit inſolidum ſcientem etiam deducere.h.d.

§. Si ſeruus. Ad euidentiam huius §. ſcias,quod hoc edictum habet duo capita. Pꝛimum pꝛouidet contra ſcientem tantum. Secundum contra doloſum,⁊ incipit ſecundum caput in l.illud.§.ſi cuius.ĩ.eo.ſed hic §.tractat de vtroque miſtim.⁊ h.d. Dolus tutoꝛis ⁊ curatoꝛis non nocet his,quoꝛum negotia adminiſtrãt, niſi quatenus ſunt locupletioꝛes,⁊ tunc tenentur cedere actionem, ſed ipſoꝛum adminiſtrantium ſcientia ſufficit ad hanc actionem, pupilloꝛum vero,⁊ adultoꝛum dolus ipſis nocet,ſʒ ſcientia nõ ſufficit,pꝛocuratoꝛis vero dolus, ⁊ ſcientia nocet.h.d.

LEX V.

PRocuratoꝛis.

§. Si vicarius. Si ſint plures quoꝛum vnus eſt dominus,alius quaſi domin⁹ vtriuſque ſcientia ⁊ ignoꝛantia contemplatur, vt inducat hanc actionem.h.d.

§. Mercis nomine. Cõtrahentes tantum circa merces habent actionẽ, contrahentes in poteſtate deducunt debitum eis etiam extra cauſam mercis,niſi creditoꝛes ratione pignoꝛis pꝛeferantur, ⁊ ſole merces, vel quod ex eis eſt redactum,veniunt in tributum. h.d.vſque ad §.ſi plures.

a §. Si plures. [a] Si plures ſint negotiationes vel vna,ſed plura loca, plures ⁊ ſeparate fient contributiones.h.d.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Si plures. Vide Ro. ſingu. cccclxxxj.vide allegata pulchꝛe per Areti.conſi.lvij.

a §. Plane. [a] Creditoꝛes habentes perſonales actiones vocãtur in tributum,⁊ habentes reales ſuũ integrum conſequũtur.h.d. Vide gl.que eſt ſuper verbo in tributum venire,⁊ no eã.⁊ adde in fi.ibi qui in naui.dic,ſed ibi fuit pecunia ad emptionem ſpecialiter numerata,hic ſecus ſecundũ Guli.⁊ Pet.⁊ no.per Cy.C.qui pot.in pig.hab.l.licet.⁊ per gl. in l.j.C.de rei ven.⁊ ibi etiam per Cy.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Plane. Vide gl.in l.qď quis.de pꝛiuilegijs creditoꝛũ.

§. Tributio. Creditoꝛes accipientes,cauent ſe redituros alijs creditoꝛibus emergentibus,⁊ etiam ipſe,qui petit,ſi vult peculio renuntiare. h.d.cum pꝛin.l.ſeq.vſque ad ver.ſi cuius dolo.

LEX VII.

ILlud quoque cauere.

§. Si cuius dolo. Hic iuriſconſultus incipit tractare de ſecunda parte edicti, ſcʒ, quando actio tributoꝛia datur pꝛopter dolum domini commiſſum in male contribuendo,⁊ h.d. Ex dolo cõmiſſo in male,vt nihil contribuendo,quis hac actione tenetur.h.d. ¶ No.tributoꝛiam dari pꝛopter dolum ſicut in pꝛecedentibus datur pꝛopter ſcientiam. Item no. quod minus eſt,nihil eſt.tamẽ iſta loquutio eſt impꝛopꝛia, qꝛ comparatiuũ iſtud non relinquit poſitiuum in extremis.

§. Hec actio. Actio iſta non eſt de dolo:ideo datur perpetuo,ſʒ eſt pꝛopter dolũ,nec purgatur per actionem ex contractu:ideo heres tenetur inquantũ ad eum peruenit.

LEX IX.

QVod in herede.

a §. Eligere. [a] Quãdo ad idẽ competũt plures actiones, cogitur quis eligere vnam, nec poterit poſtea redire ad aliam, ſecus ſi plures actiones competunt ad diuerſa,h.d. Ex hoc §.colligitur p Dy. ⁊ per glo.vna regula,de regulis que impediunt cumulationẽ,vt no.p gl.in l.edita.C.de eden.⁊ per Dy.in c.nullus pluribus.de reg.iu.in vj.hoc aũt,qď hic de electiõe dicit eſt verum,niſi actoꝛ reddatur incertus ex facto rei nolentis eum certificare,vt l.j.§. qꝛ autem.ĩ.quoꝛum lega. Item quod ĩ.ſubijcitur, ꝙ non poteſt habere regreſſum ad aliam,intellige niſi per reſtitutionẽ in integ.ex cauſa iuſti erroꝛis.l habebat ĩ.tit.j.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Eligere. Et materiam huius §.quam hic no examinatam p Bar.poſt Dy.in l.j.§.vñ queritur.ĩ.ď publi.⁊ in l.edita.C.ď eden. Et adde ꝙ ſi eligat vnam actionem cui eſt pꝛeſcriptũ,nõ impedit redire ad aliam,cui non ſit pꝛeſcriptum,ſecundum Bal.in l.ſi pꝛedium.de edil.act.⁊ ad hoc no.per gl.vide no. Bal.in materia.l.i.maxime in iij.opp.C.ď fur.⁊ de materia hui⁹ §.vide per Dy.in l.in pꝛouinciali.de ope.no.nunc.in §.i.adde,vt per Ro.cõſi.cxxxiij. ¶ POM. Pꝛo declaratione vide Are.cõſi. xix. Alex.in l.cum pꝛoponas.poſt Bart.ibi col.j.ď tranſac.idẽ Alex.in l.edita.C.de eden.

§. Si ſeruo. Tenetur heres, qui ſeruo dedit libertatem ſine cautiõe,vel deductione,⁊ ex hoc ſuo dolo tenetur in ſolidum.h.d.

LEX XI.

ALiquando. Secundum diuerſa accidentia quandoqꝫ melius eſt intẽtare actionem de peculio,quam tributoꝛiam.h.d.

LEX XII.

ALius duntaxat. De peculio deducitur id, ad qď quis ex doloſa difficultate tenetur.h.d.

---

a Quod cum eo,[a] &c. Rubrica vi.

¶ Ad euidentiam huius tituli debes ſcire quod ſecundum rigoꝛem iuris ciuilis filiuſfamilias contrahens obligatur,l.tam ex contractibus.ĩ.de iudic.pꝛopter cauſam tamen emancipat⁹, vel aliter a poteſtate patris liberatus pꝛopter ſtatus mutationem,videtur quodammodo nouus homo, ⁊ ab illa obligatione de rigoꝛe iuris liberatur, verum pꝛetoꝛ videns contrahentem cum filio eſſe deceptum pꝛopter iſtam capitis diminutionem, reſtituit contra ipſum filium vtilem actionem,⁊ hoc fecit ĩ.per titulum ſeu in titulo de capitis diminutione,poſtea pꝛetoꝛ cõ-
b ſiderauit ꝙ multum grauauerat filium[b] reſtituendo contra eum vtilem,ideo ſuum edictum in hoc tit.limitauit,vt illa vtilis reſtituta in ſex caſibus,qui ponuntur in hoc titu.non detur inſolidum,ſed quatenus facere poteſt.vt videbitis in l.ij.⁊ per totum,hoc eodem titu.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quod cum eo. An iſte titulus hodie ſit coꝛrectus, vide Ang.⁊ Imo.in l.⁊ exheredatum.de re iudi.

b ALEX. ¶ Grauauerat filium. Sed quid ſi creditoꝛ eſt paupeꝛioꝛ,vtrũ filius tenebit inquantum facere põt? Vr ꝙ inſolidũ. ſicut dicimus in marito,⁊ vxoꝛe,vt tenent Bar.⁊ doc.in l.mari tum.ſo.mã. In contrarium facit,qꝛ cum creditoꝛ in vno ſit releuatus,vcʒ ꝙ reſtituitur ſibi actio vtilis contra filium, vt dicit hic Bar.ergo dʒ in alio grauari,arg.in l.eum qui.de iureiur. Et hoc vltimum ſequitur Bal.in l.ij.C.quod cum eo.quod no.⁊ fuit in vxoꝛe ⁊ marito dictum Gul.in l.diuoꝛtio.de ne.geſt.tʒ,ꝙ tũc non habet pꝛiuilegium,ſʒ Iaco.de Bel.in ſua.q. diſputata inci. lex dicit,ſol.mat.⁊c.dicit ꝙ ſi maritus ⁊ vxoꝛ eſt pauper, dicit ipſe puto,ſʒ territus loquoꝛ,tamen ſic iudicarem, ꝙ debeat maritus,vel eius liberi pꝛo dimidio condemnari.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN